

Lebensbeschreibungen der Äbte von Schönthal.

147

Bilrieth<sup>a</sup>, cum aliquamdiu contradixisset, tandem consensus coram rege Hallis] — 4. idus Junii [10. Juni] indictione 10<sup>b</sup>. [1222]. Anno 1224. fundata et dotata ecclesia in Gommersdorf. Abbas Godefridus propter hoc convenit cum Conrado, Wolfrado et Crafftone de Crautheim. Consentit Hermannus, episcopus Herbipolensis. — Anno 1225. Fridericus secundus imperator monasterium et omnia eius sub suam et imperii protectionem suscepit. Fogiae, mense Maio<sup>c</sup>. — Anno 1230. Godefridus abbas ratione decimarum curtis in Eselsdorff convenit cum Sifrido, plebano in Sindringen. — Anno 1225. Albertus de Alvelt<sup>d</sup> cum matre sua Lugarde et fratribus Bertoldo et Marquardo testantur super Eschenauw<sup>e</sup>, quod pater Bertholdus in extremis legavit. Godefridus abbas resignavit anno 1230.

6. [p. 13] Arnoldus, VII. abbas. Nobilis vir Craffto de Crautheim medietatem decimae in Bieringen in manus Hermanni, episcopi Herbipolensis, resignavit, et ipse episcopus ad instantem petitionem Arnoldi abbatis et conventus in Schönthal ipsam medietatem decimae ecclesiae in Schönthal dedit et contulit perpetuo possidendam. Testes sunt: Thegenhardus, praepositus in Hauge<sup>f</sup>, magister Waltherus de Tannenber<sup>g</sup>, canonicus Herbipolensis, Eilgherus, decanus in Honolsbach<sup>h</sup>, Arnoldus abbas, Johannes, prior, Godefridus, Alchunus<sup>i</sup>, Heinricus, cellerarius, monachi; Berengerus et Heinricus, conversi in Schönthal. Facta sunt haec anno 1231, indictione 4<sup>i</sup>. — Porro qui litteris domini Crafftonis de Crautheim, quae testamentum eius intitulavit, sequentes subscripserunt: dominus Arnoldus, Johannes, prior, Heinricus, [pag. 14] cellerarius, Conradus, subcellerarius, Godefridus, quondam abbas in Schönthal, Gernodus, monachus, Berengerus, conversus ibidem. — Anno 1231. Sifridus, archiepiscopus Moguntinus, anno pontificatus sui primo<sup>k</sup> in Schönthal hospi-

tatus est et ab ipso petiit abbas cum fratribus confirmationem dimidiae partis decimarum in Biringen, uti est praepositum, quod fideliter praestitit calendis Octobris<sup>a</sup>. — Anno 1231. Henricus, rex Romanorum septimus concedit et constituit, ne de sale, quem in usum nostrum ex Halla Suevorum deducimus, civibus<sup>l</sup> precariam demus (in litteris nominat praecordiales fratres suos in Schönthal). Datum Hagenauw 12. kalendas Januarii [21. December]<sup>b</sup>. Gregorius IX., summus pontifex, confirmat nostra [iura in Biringen<sup>2</sup>]. Reatae 5. nonas Octobris [3. October] pontificatus [anno<sup>3</sup>] 5<sup>o</sup>. Monasterium monialium Coeli Portae<sup>4</sup>, prius in loco, qui dicitur „Simmelftatt“, aedificari coeptum, translatum, ubi nunc est, anno 1231, per Hermannum, episcopum [Herbipolensem<sup>4</sup>]. Arnoldus, abbas, resignavit.

7. [pag. 15] Johannes, VIII. abbas. Heinricus, filius Iringi Cressonis iunioris, quinque iugera vinei in Morsberg<sup>c</sup> pro remedio animae suae et parentum suorum, ecclesiae sanctae dei genitricis Mariae in Schönthal delegavit. Testes praeter salmannos<sup>d</sup>, in litteris nominatos: Johannes abbas, Alchunus<sup>e</sup>, Arnoldus, Heinricus maior cellerarius, monachi in Schönthal, Berengerus, Heinricus, conversi ibidem. Acta sunt anno gratiae 1223 [1233] 4. kalendas Maii, [28. April] indictione 5<sup>o</sup><sup>e</sup>. — Anno 1234. Henricus, 7<sup>mus</sup>, Romanorum rex et semper augustus, manifestum fieri vult universis, praesentibus et futuris, quod nobiles viri, Albertus et Bertholdus, fratres de Alvelt, zelo devotionis accensi, montem, qui vulgariter dicitur Beltersberg<sup>h</sup>, cum suis pertinentiis sibi resignarint, sicut ea omnia in eorum manibus resignavit. [pag. 16] Conradus Schüelin de Biringen, qui bona

<sup>1</sup> nämlich Hallensibus. <sup>2</sup> fehlt in der Hf. <sup>3</sup> fehlt in der Hf. <sup>4</sup> fehlt in der Hf. <sup>5</sup> Alchimus, Hf.

<sup>a</sup> Kremers Chronik p. 202. 203. <sup>b</sup> Sieh Böhmers reg. imperii p. 240. Kremers Chronik p. 202. <sup>c</sup> Kremers Chronik p. 204.

<sup>d</sup> Das Kloster Simmelftatt bei Würzburg bestand noch im 18. Jahrh. unter Erbach, vielleicht aber bei seiner Gründung 1231 unter Schönthal.

<sup>e</sup> Vielleicht Morsbach, D.-N. Klingelsau. In Kremers Chronik steht p. 207 diese Urkunde und dabei Morsberg bei Nieberuhall, D.-N. Klingelsau.

<sup>f</sup> Ueber die Salmannen s. Zthf. f. b. D. N. Rhein 11, 197 flg.

<sup>g</sup> Im Jahre 1233 war 6 die Indictionszahl, 1232—5. Hier ist ein Fehler. In der Chronik von Kremers p. 207 steht diese Urkunde mit dem Zufuge von späterer Hand: liber documentorum anno 1619 conscriptus rectius habet anno 1223, quia Joannes abbas censetur obisse anno 1226. Aber auch für 1223 paßt die Indictionszahl 5 nicht. <sup>h</sup> In Kremers Chronik p. 209 heißt er Beltersberg. Nach H. Bauer, wirtenb. Franken Bd. 6. S. 117 liegt dieser Berg bei Bieringen.